

sibi canonice et legaliter pertinentibus et adiacentibus apostolica auctoritate^a muniremus, quemadmodum a piis imperatoribus Ottone et successore eius Henrico gloriosis augustis per augustalia eorum praecepta munitum roboratumque esse dinoscitur. Huius rei^b gratia tuam^c suggestionem^c (per interventum venerabilium episcoporum nostrorum Willigisi^d Moguntinensis, Lieuezonis^e Bremensis, Bernardi Hildenshemensis, Gisberi^f Paderbornensis^g et Bernhardi ducis^h Saxonieⁱ) congruam^k fore praevidentes ratum duximus aures nostras tuis accommodare precibus, qui universalem norme^l curam diuina suffragante gratia suscepisse dinoscimur. Quapropter praedecessoris nostri Siluestri pape auctoritati huius presentis^m privilegii nostri sanctione (subscribentes) decernimus imo censemⁿ a presentiⁿ VIIIⁿ indictione, ut idem sacrum monasterium nulli potestati nec cuilibet magne parveque personae quacunque dignitate praeditae^o quoquo modo fas sit invadere vel alii commodare et ne cuiquam^p de famulis^q vel mansis sive de rebus mobilibus vel immobilibus deque cultis et incultis memorati monasterii sibi vindicare aut alteri donare^r praesumat, sed etiam inibi data et deinceps danda iuri ac utilitati crebro dicti monasterii et usibus deo inibi famulantium perenniter confirmamus sub tua ditione degere ad^s regendum ac regulariter dispensandum. Statuimus etiam et auctoritatis^t nostrae scripto roboramus, dictum monasterium liberum esse (et absolutum ab omni episcopi ditione, in cuius parochia^u situm est), sicut Noua Corbeia, que^v huic contermina esse dinoscitur. (Ea tamen quae ad divinum ministerium pertinent^w, per manus ipsius donanda sunt, videlicet^x crisma, sacros ordines, manus impositiones et cetera petentibus benigne largiatur.) Censemⁿ etiam nulli fidelium licitum fore quamlibet super eiusdem monasterii homines ditionem habere aut aliquas exactiones contra rationem compellere vel constringere^y, sed sicut a praefatis imperatoribus concessa sunt existunt atque confirmata, ita nos cum ipsis praeceptis augustalibus inviolabiliter^z ab omnibus sanctae dei fidelibus ecclesiae apostolica auctoritate^{a'} firmata observanda praecipimus. Statuentes decernimus, ut qui temerario ausu, quod non optamus, contra hoc nostrum apostoli-

a) auctoritate C. b) regni C. c) tua suggestione C. d) Willigise C. e) Lienozonis C. f) so C statt Meinwercki. g) Pat C.
h) ducem C. i) Sassonie C. k) congruum C. l) none C. m) p̄mct C.
n) potenti viri C. o) praedicta C. p) quicquam C; nec quicquam VU.
q) *korr. in familiis.* r) donaro *korr. aus* donari. s) ac C. t) auctoritati C.
u) perochia C. v) que *fehlt in* C. w) pertinent C; *die ersten Buchstaben korr.* x) *es fehlt wohl* ut. y) distringere VU.
z) inviolabitur C. a') auctoritate C.